

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 9393

**Auteur(s) :** Henri de Domfront [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** ...1200...

**Lieu d'émission :** Domfront

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Henri de Domfront confirme le don d'un pré Gahard.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 975, n° 1048.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Cenomanensi, n° LXIV)

Texte d'après A

Henricus de Danfronte, fidelis regis Anglie minister, omnibus fidelibus salutem. Vobis omnibus filiisque vestris post vos notum sit quod Michael Sancte Marie de Bosco, monachis Savigneii in elemosinam dedit pratum quoddam quod appellatur pratum Gahardi, liberum omnino et quietum. Cumque monachi predictum pratum per aliquot annos in pace tenuissent, accidit ut dominus Henricus Rex Anglie predicti Michaelis filiam cum omnibus terris et teneuris ipsius Henrico de Heuchon daret in uxorem, ipso Michaele volente. Henricus autem accepta terrarum et filie Michaelis donatione, pratum predictum adversus monachos cepit calumpniari et ex mandato Regi tam monachi quam ipse Henricus nostram venire presentiam, ut de predicto prato inter eos iudicium faceremus. Monachi autem cum adversus predictum Henricum placitando diu laborare recusarent, ipsi Henrico unum eum dederunt, hoc pato ut pratum supradictum quantum ad ipsam pertinebat ipsis donaret et concederet in perpetuum omnino liberum et quietam. Ipse vero Henricus pratum jam nominatum in manu abbatis Savigniensis dedit, atque in ecclesia Savigneii super altare ipsum pratum obtulit, et post in nostra presentia ipse Henricus et Michael socer suus monachis Savigneii idem pratum liberum et quietum in perpetuum elemosinam dederunt, ipsamque elemosinam pratum scilicet illud adversus omnes calumpniantes pro posse protegere atque defendere in fide sua promiserunt. Hanc autem elemosinam concesserunt etiam due filie predicti Michaelis. Hoc autem factum est apud Danfront, sub testibus his Johanne de Danfronte, Radulfo Bretel, Girardo Burnolfo, Thoma Burnolfo, Herberto decano, Teobaldo Ruffo, Hugone de Montecorbel, Acardo de Barris et multis aliis.